Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

in nouissimis temporib: uidemur & iam ipsos desinescti commoneri.
Itemque alibi dicens: Hoc autem scito. qm in nouissimis dieb: instabunt tempora saeua. Uel sicut alii codices habent periculosa. Deinde qualia futura sint exprimens. erenim homines in quid seipsos amantes amatores pecuniae. elati. supbi. blasphemi. parentib: nonobedientes. Ingratis caelesti. impiis sine affectione. Detractores. incontinentes. immites. sine benignitate. proditores. procaces. caecati uoluptatum amatores magis quam di. Habentes speciem pietatis. Uirtutem autem eius abnegantes. mirum si tales homines aliquando defuerint.
Denique quia & tunc erant adiungit ac dicit & hos deuita. ex his enim sunt qui penetrant domos. nam et penetrabant. tamquam & hic futurum ponitur. sicut supradixerat. Instabunt tempora periculosa sed dant. penetrant domos & captiuas ducunt mulierculas. Nam. ducent uel ducturis. sed iam ducunt. Nec putandus est. hoc loco temporis futuri uerbis. praesentis temporis uerba posuisse. quando quidem illos. ab eo cui scribit eurtari admonebat nec tamen frustra dixit. In nouissimis dieb: instabunt tempora periculosa & hinc a periculosa futura demonstrans. Tales homines furiosos esse predixit nisi quia tantoplures erunt magis que habundabunt quanto magis propinquatur ad finem.
Uidemus ergo tales nunc abundare sed quid si abundantiores erunt post nos & omnino abundantissimi quando iam iamque ipsi finis instabit. quia quamdiu aberit ignoratur. Nouissimi quippe dies dicti sunt & in ipsis primis apostolorum diebus cum dnus in caelum recens esset ascensus. quando die pentecostes misit promissum spm scm. & quid admirabant admirantes eos qui linguis quas non didicerant loquebantur. Quid aliquos uerosimiliter mosto plenos esse dicebant. quo die petrus loquens ad illos. qui dehaerebant uariae mouebantur. Non enim sicut in quid suspicamini ebrii sunt. isti cum sint horae diei tertia. sed attendite quid hoc est quod dictum est. per proph & amen in nouissimis diebus dicit dns. Effundam de spu meo super omnem carnem & ecclesiae. Iam tunc ergo.